301 ed

annis Zalewski de Slonowo Quinquaginta florenorum Polon. debiti Coram actis praesentibus inscripti persolvit eidem que quietat inscriptionem cassat perpetuo.

Olszewski **Debitum.**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Simon olim Alberti Zalewski de Radziszewo Sieneczuch suis sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto olim Adami Olszewski et ipsius Succesoribus Viginti quatuor florenos Polon. debiti certi veri et liquidi mutuatae pecuniae teneri ac debere ex festo Sancti Andreae Apostoli proxime futuro parata pecunia solvere se de Omnibus bonis cum Succesoribus suis submittit ac inscribit sub Vadio simili aliorum Viginti quatuor florenorum Polon. in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et Coram officio Castren. Drohicen. in primo Citationis Termino peremptoria respondere ac satisfacere Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos Succesores obligat absistendo et abrenunciando.

Zalewski **Cessio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Adami Olszewski de Niemyre Zabki suis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Simoni olim Alberti Zalewski et ipsius Succesoribus de Omni et integro iure suo seu inscriptione certa sibi recognitione per Nobilem Apoloniam filiam olim Simonis Czarkowski consortem Nobilis Valentini Ciwanski cum marito suo astans super totam et integram sortem bonorum Omnium in hereditatibus villarum Radziszewo Sieneczuch Zempice Andrathi consisten. Coram Actis Castren. Bransken. Feria Quinta ante festum Sanctae Crucis Virginis Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octavo facta et recognita Cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione ... evictione et legamentis in Originali inscriptione contentis cedit et condescendit. Omnes et integrum ius suum sibi ad praemissa servientis in personam eius et Succesorum ipsius plenarie transfert et transfundit Intromissionem ... ex nunc competere paceque Nobilem et Nobiles ... acceptandas admittendo.

Frankowski **Debitum.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Andreae Kuczynski in Brzoski suis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Martino Frankowski in Wydzgowo ... et in eventu mortis illius Generosis Succesoribus Ducentos florenos Polon. debiti certi veri et liquidi mutuatae pecuniae teneri ac debere ex festo feria Secunda in Crastino festi Sanctissimae Trinitatis proxime futuro parata pecunia solvere realiterque et effective dare et restituere se de Omnibus bonis cum posteris suis submittit et inscribit Sub Vadio simili aliorum Ducentorum florenorum Polon. in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum succumbendo. Et Coram officio Castren. in primo Citationis Termino peremptoria respondere ac satisfacere Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos Succesores obligat absistendo.